

duximus quod quamquam hic sit concilium ycomenicum legitime inchoatum^a) et loci huius mutacio possit facile sanctam unionem Grecorum evertere, et propterea de alio loco non videtur necessaria consideracio, nichilominus ad vestram et aliorum instanciam equum esse iudicavimus, ipsius regis Romanorum et aliorum regum et principum, de quorum oracionibus ad quos infra paucos dies destinandis noticiam habuimus, in ea 5 requirere et prestolari concilia, ut sic tam ardua res quanto maiori tocius ecclesie unanimitate sit, tanto salubrius dirigatur. Quam ob rem hortamur et requirimus prefatos electores ut interea apud eum dominum regem Romanorum, cui eciam super ea re scribimus, in aliquo ydoneo Germanie loco convenire velint, ad quem nos legatos nostros constituimus destinare de sincera vestra intencione et mente promptissima ad conservacionem 10 pacis ecclesie, ad felicem consummacionem desiderate unionis Grecorum, nec non de nostra innocencia et iusticia plenissime informatos, qui in nostris iustificacionibus auditi potestatem habebunt, eorum interventu per omnem honestam viam concordiam practicandam, tractandam et amplectendam, et si aliqua dissensio sopiri non possit et expediens sit et rebus gerendis occasio nec dum de alio tuto et libero loco quantum in 15 nobis est eciam agendum, tractandum et concludendum et sic cum caritate et pace ad expedicionem unionis Grecorum et aliorum operum sanctorum procedatur. Ad id vero quod postulastis, ut ab ulteriori processu contra existentes in Basilea abstinere dignaremur, respondemus quod nos adversus nunquam aliquid nisi necessitate compulsi fecimus, et licet cottidie sedi apostolice nobis et nostris intollerabilia gravamina per eos inferantur, 20 tamen pro bono ut pacis libenter condescendimus, si prefati electores sic provideant quod ipsi de Basilea ab inceptis gravaminibus et aliis novitatibus supersedentur. Quod si per illos aliter attemptatum fuerit, exnunc coram deo et hominibus de nostra sinceritate et quod per nos pax et unitas ecclesie non deficit protestamur.

26.

25

Der päpstliche Nuntius ersucht die Universität den bevorstehenden Fürstentag durch Abgesandte zu beschicken.
Halle, [1438] Sept. 13.

Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. 1387, fol. 276^b.

Anm.: Das Schreiben trägt die Ueberschrift: Sequitur missiva nuncii horum.

Venerabilibus viris dominis rectori, magistris et doctoribus universitatis studii Lipczensis suis dominis preclarissimis.

Venerabiles et egregii rector et magistri. Noveritis quod quedam dieta in litteris

25. a) In Ferrara, woselbst Papst Eugen am 27. Januar 1438 eingetroffen war.